

NEARCHVS SVEONVM REX.



**N**earchus primogenitus fuit Ingonis Regis Suetiæ. Hic post patris fata in utroq; regno Gothiæ & Suetiæ intra patriæ antiquissimos fines successit, atq; tanta iustitia & clementia subiectis populis imperauit, ut ob summas uirtutes non solum optimis principibus, sed ipsis Dñs similis haberetur. Siquidē regna ipsa à prudentissimo parente pacifica accepta, in summa tranquillitate cōseruauit. Proinde nec alijs in circuitu populis bellū intulit, nec ab alijs illatum sustinuit. Hic tandem moriens, Ingonem fratrem in regno successorem habuit. Claruit circa annum Christi ducentesimum nonagesimum. Ioan. Mag. lib. 7. cap. 12.